SPECIMEN IURIS PUBLICI EUROPAEI NOUISSIMI DE IURE ET MODO SUCCEDENDI IN REGNA EUROPAE, ...

Johann Jacob Moser, Friedrich Wilhelm Bingert, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

SECTIO PRIMA,

GENERALIA DE IVRE ET MODO SVCCEDENDI IN REGNA EVROPAE SISTENS.*

§. I.

CONFERENTIBVS inter ſe Iura et Modos ſuccedendi in Regna Europæ moderna patet, in aliquibus Regnis obtinere Succeſſionem hæreditariam, in aliis Electionis iure ſuccedi, denique in alio Deſignationem Succeſſoris pendere ab arbitrio Imperantis. Regna Europæ ſunt

 §. II. Hæ-

* Quorum deductionem, ad modum Sectionis ſecundæ inſtituendam, interuertit diſceſſus Præſidis ex Academia Francofurtana.

§. II.

vel hæreditaria,

Hæreditario Iure ſucceditur in Regna 1. Bohemiæ, 2. Magnæ Britanniæ et Hiberniæ, 3. Daniæ et Noruegiæ, 4. Galliæ, 5. Hiſpaniæ, 6. Hungariæ, 7. Ottomannici Imperii, 8. Portugalliæ, 9. Poruſſiæ, 10. Sardiniæ et 11. Siciliæ.

§. III.

vel electitia,

Electio obtinet 1. in Germania eidemque annexo Imperio Romano et Regno Italiæ, 2. in Polonia, 3. in Pontificatu Romano, 4. in Suecia.

§. IV.

vel patrimonialia.

Succeſſorem ſibi deſignandi facultas vero obtinet, ſaltem ſecundum Leges, in Imperio Ruſſico.

§. V.

Hæreditaria vero

Notandum tamen eſt, in nonnullis Regnis hæreditariis, ſaltem interdum, aliquid admixtum conſpici ex Electione, ſcilicet in Regno Magnæ Britanniæ et in Imperio Ottomannico.

§. VI. Vi-

Digitized by Google

§. VI.

Viciſſim in nonnullis Regnis, vbi Electio in vſu eſt, admixtum aliquid cernitur ex Iure hæreditario, nempe in Germania atque Suecia. et Electia paſſim ſunt mixta.

§. VII.

Filii tantum ſuccedunt in hæreditariis Regnis Galliæ, Ottomannici Imperii, Poruſſiæ et Sardiniæ. Succeſſio Filiorum

§. VIII.

Filiæ contra Succeſſionis capaces ſunt in Regnis Bohemiæ, Magnæ Britanniæ, Daniæ, Hungariæ, Portugalliæ, Ruſſiæ, Sueciæ et Siciliæ. et Filiarum

§. IX.

In Hiſpania denique, pro diuerſitate caſuum, mox ſoli Filii ſucceſſuri ſunt, mox etiam Filiæ. Mixta.

§. X.

Porro Ius hæreditarium in nonnullis Regnis adſtrictum eſt ad quasdam Conditiones, easque vel intuitu Religionis, vti in Magna Britannia et Dania, vel Matrimonii, e. g. in Portugallia, vel ſupremi Dominii, Reſtrictio Iuris hæreditarii

Digitized by Google

minii, ſcilicet in Poruſſia, ne de Capitulatione Danica aliquid dicamus.

§. XI.

et Electionis.

Denique Electio quoque paſſim Legibus reſtricta eſt, e.g. in Polonia, et Pontificatu Romano; de Germania enim idem male prædicatur.

* * *

SECTIO SECVNDA,
DE SVCCESSIONE IN REGNVM BOHEMIAE.

§. I.

De Regno Bohemiæ: vtrum electitium ſit an hæreditarium? Diſceptatio.

De BOHEMIA olim, maxime circa tempus Belli tricennalis, diſceptatum fuit: vtrum electitium ſit, anne vero hæreditarium? (1)

(1) Iam An. 1575. RICHARDVS STREINIVS, L. B. de Schwarzenau, iubente Imp. Maximiliano II. conſcripſit: *Information des Hauſes Oeſterreich erblichen Succeſſion zu der Cron Böheim, und welchergeſtalt auch ſonſt die Succeſſion daſelbſt erblich und was dabey biſs auf dieſe Zeit verlauffen;* quæ extat

Digitized by Google

extat apud GOLDASTVM *de Regn. Bohem. tom. II. p. 90.* (Edit. nou.) LONDORPIVM *Act. public. tom. I. p. 786.* et LÜNIGIVM *in der Grundfeſte Europ. Potenz. Gerechtſ. tom. I. p. 23.* (vbi male refertur ad An. 1599.)

Idem quoque An. 1599. iuſſu Archi-Ducis Matthiæ literis mandauit *Bedencken wegen des Königreichs Böheim: ob daſſelbig erblich oder ein Wahl-Königreich ſey?* quod legere eſt apud GOLDASTVM *loc. cit. p. 90. ſqq.* & in LÜNIGII *Staats-Conſil. tom. I. p. 527.*

In contrariam vero iuit ſententiam IOACHIMVS ANDREAS SCHLICK, Comes in Paſſaun & L. B. in Weiskirchen, in libello An. 1617. concepto, cui rubrum eſt: *Kurtze Information von der Königlichen Erb- und der Ständen Wahl-Gerechtigkeit in Böheim.* Exhibet illud GOLDASTVS *loc. cit. p. m. 123.* LONDORPIVS *loc. cit. p. 795.* & LÜNIGIVS *in der Grundfeſte p. 33.* & *in denen Staats-Conſil. p. 541.*

Addantur: Ius hæreditarium & legitima Succeſſio in Regno Bohemiæ Ferdinandi II. &c. Viennæ, 1620.

Informatio fundamentalis ſuper hodierno Bohemiæ ſtatu, vbi & Succeſſionis Iura liquide deducuntur & ad oculum deſcribuntur, quæ Imperator Ferdinandus II. & Domus Auſtriaca in dicto Regno habent, &c. Francofurti, 1620.

Porro hæc controuerſia in vtramque partem late pertractabatur occaſione dictorum ſub Ferdinan-

dinando II. motuum, quorum Scriptorum prolixum Catalogum dedit Ill. HOFFMANNVS in *Biblioth. Iur. Publ. p. 206. ſqq.*

Cumprimis vero memorandi nobis ſunt MELCHIORIS GOLDASTI Commentarii de Regno Bohemiæ incorporatarumque Prouinciarum Iuribus ac Priuilegiis, nec non de hereditaria Succeſſione Regiæ Bohemorum Familiæ; atque ex recenſione & cum Notis Dn. IOH. HERMANNI SCHMINCKII, Francofurti ad Mœnum, 1719. fol.

Noſtro quoque tempore egit cauſſam Auſtriacam Dn. GLAFEY *in der pragmatiſchen Geſchicht der Cron Böhmen*, paſſim, præcipue vero *cap. XVIII. th. 12. p. 235. ſqq.* & *cap. XXV. th. 1. p. 423. ſqq.*

§. II.

Poſterius obtinet.

A tempore vero Pacificationis Weſtphalicæ poſterior Sententia vniuerſaliter obtinuit. (1)

(1) Equidem iam non ad manus eſt Ferdinandi III. Imp. (qua Regis Bohemiæ,) edita Ordinatio prouincialis renouata; eius tamen locum ſubire tantiſper poteſt Ordinatio prouincialis renouata Marchionatus Morauiae de An. 1628. cuius titulus: *Von der Erb-Succeſſion im Marggrafthum Mähren*, tangit quoque Ius hæreditarium Domus Auſtriacæ in Bohemiam, atque, poſt multa alia, hæc habet: *Da doch aus obangeregter guldenen Bull und*

Digitized by Google

und andern Fundamental-Geſetzen, in ihrem wahren und unverfälſchtem Verſtand ganz klärlich erſcheinet, daß denen Ständen und Innwohnern des Königreichs und incorporirter Länder, die Wahl eines Königes ehe und zuvor nicht gebühret, als wann kein Erbe aus dem Königlichen Geſchlecht, Geburt, Saamen und Geblüt, Manns- oder Weibs-Perſonen vorhanden, noch zu gewarten, oder aber mehrgedachtes Königreich etwann durch des lezten Erben oder Erbin freywillige Renunciation und Verzicht, oder auch dahero vaciren ledig befunden werde, daß derſelbe, oder dieſelbe aus dergleichen Mangel und Abgang der Vernunſt (dardurch ſonſten in andern Chur-Fürſtenthümern einer von der Succeſſion, vermög der, eben auch von weyland Kayſer Carln den Vierdten im Heil. Römiſchen Reich aufgerichten guldenen Bull, ausgeſchloſſen wird) zur Königlichen Regierung nicht tauglich, und darzu von ihm, oder ihr kein anderer Erb, oder Erben zum Königreich im Leben, oder zu hoffen wäre.

Hierumen und damit zu ewigen Zeiten alle Occaſiones zu dergleichen hochabſcheulichen Empörungen, als obberührt, abgeſchnitten werden mögen; So ſagen, ordnen und wollen wir: Wo einer, oder mehr unſerer Unterthanen, was Würden, Standes oder Weſens der, oder die wären, ſich unterſtehen würden, anietzo, oder inskünftig, die von denen Rebellen zu unrechtmäſſiger Beſcheinigung ihrer nichtigen Wahl, in einigerley Weiſe oder Weg geführte Prætext, oder andere Mißdeutungen und Diſputat, wie dieſelbe auch immer obvermeldter Erb-Gerechtigkeit zu entgegen,

 von

von ihnen verdacht und auf die Bahn gebracht werden mögen, mit Worten oder Wercken wiederum zu erwecken, oder in andere Wege, ſolche unſere Erb-Gerechtigkeit anzufechten, daß alle dieſelben ipſo facto und mit der That in das Laſter und Straf der beleidigten höchſten Maieſtät, und öffentlichen Rebellion gefallen ſeyn, und Leib, Ehr und Gut verlohren haben ſollen.

Formula quoque Homagii, quæ in Ordinatione prouinciali ſequitur, concepta eſt in Hæredes Stirpis Regiæ.

In Pace Weſtphalica nihil quidem de Iure Domus Auſtriacæ in Bohemiam hæreditario habetur expreſſe; attamen idem in *art. V. §. 41. Inſtr. Pac. Osnabr.* non obſcure agnoſcitur.

§. III.

Præſertim poſt conditam Sanctionem pragmaticam.

Noſtro quoque tempore eo magis fruſtra de hoc Iure hæreditario dubitaretur, quo certius eſt, Status huius Regni (1) agnouiſſe Sanctionem pragmaticam Anno 1713. ab Aug. Imperatore Carolo VI. ſuper Succeſſione Terrarum Domus Auſtriacæ hæreditariarum latam, vi cuius, ſecundum Ordinem Linearum atque Primogenituræ, ſuccedent in Bohemiæ æque, ac in reliquis Ditionibus Auſtriacis, 1. Caroli VI.

li VI. Imp. Filiæ Earumque Deſcendentes; 2. Filiæ Imperatoris Ioſephi et ex iis nati nataeque; 3. denique Filiæ Imperatoris Leopoldi earumque Poſteri. (2)

(1) Tuto id colligere licet ex Tractatu Viennenſi Cæſareo-Britannico d. d. 1731. 16. Mart. vbi dicitur: „Quique (ordo ſuccedendi in Sanctione pragmatica præſcriptus) „ſubinde ab Ordinibus „& Statibus *vniuerſorum* Regnorum, Archi-Ducatuum, Ducatuum, Principatuum, Prouinciarum ac Ditionum ad Sereniſſimam Domum „Auſtriacam Iure hæreditario ſpectantium communi omnium voto ſuſceptus ac grato ſubmiſſoque animo agnitus atque in vim Legis pragmaticæ perpetuo valituræ in publicum monumentum relatus fuit.„ Idem quoque refertur in Tractatu Viennenſi Cæſareo-Hiſpanico de Anno 1735.

(2) Paſſus primarius in Inſtrumento publico d. 19. Apr. 1713. ſuper hac Sanctione confecto atque Comitiis Ratisbonenſibus communicato ita ſe habet: *Nachdeme dieſes alſo geſchehen, haben Ihre Kayſerliche Maieſtät hauptſächlichen Innhalts weiters vermeldet: Es ſeye aus denen abgeleſenen Inſtrumentis die errichtete und beſchworene Diſpoſition, und das ewige Pactum mutuæ Succeſſionis zwiſchen beyden Ioſeph-und Caroliniſchen Linien zu vernehmen geweſen: Daß dahero nebenſt und zu denen von weyland Ihro Kayſerl. Maieſtät* Leopoldo *und* Ioſepho *höchſtſeel. Gedächt-*

Gedächtniß Ihrer Kayſerl. Maieſtät übertragenen Spaniſchen Erb-Königreichen und Landen nunmehro nach Abſterben weyland Ihres Herrn Bruders Maieſtät und Lbden ohne Männliche Erben auf Ihre Kayſ. Maieſtät auch alle deſſen hinterlaſſene Erb-Königreiche und Landen gefallen, und ſämtlich bey Ihren Ehelichen Männlichen Leibes-Erben nach dem Iure Primogenituræ, ſo lange ſolche vorhanden, ohnzertheilt zu verbleiben haben. Auf Ihres Männlichen Stammens Abgang aber (ſo Gott gnädiglich abwenden wolle,) auf die eheliche hinterlaſſene Töchter, allezeit nach Ordnung und Recht der Primogenitur gleichmäſſig ohnzertheilt kommen; ferners in Ermanglung oder Abgang der von Ihrer Kayſerl. Maieſtät herſtammender aller Ehelichen Deſcendenten Männ- und Weiblichen Geſchlechts, dieſes Erb-Recht aller Erb-Königreiche und Landen ohnzertheilten auf Ihrer Maieſtät Herrn Bruders Ioſephi *Kayſerl. Maieſtät und Liebden ſeliger Gedächtniß nachgelaſſene Frauen Töchter, und deren Eheliche Deſcendenten wiederum auf obige Weiſe nach dem Iure Primogenituræ fallen, eben nach dieſem Recht und Ordnung auch ihnen Frauen Erz-Herzoginnen all andere Vorzüge und Vorgänge gegenwärtig zuſehen und gedeyhen müſten. Alles in dem Verſtand, daß nach beyden der ieztregierenden Caroliniſchen, und nachfolgender in dem Weiblichen Geſchlecht hinterlaſſenen Ioſephiniſchen Linien Ihrer Kayſerlichen Maieſtät Frauen Schweſtern und allen übrigen Linien des Durchlauchtigſten Erz-Hauſes nach dem Recht der Erſtgeburt in ihrer daher*

her entſpringenden Ordnung iedes Erb-Recht, und was deme anklebet, gebühre, allerdings bevor bleibe, und vorbehalten ſeye.

Ergo pro eo, qui nunc eſt, Familiarum illuſtrium ſtatu ſuccedent 1. Aug. Imperatoris Caroli VI. Filia Primogenita, Ser. Magno Hetruriæ Duci atque Duci *Lotharingiæ* nupta. 2. Eius Liberi maſculi, ſi quos pariet, horumque Deſcendentes maſculi ex Maribus. 3. His deficientibus, aut ex Filia Aug. Imperatoris ſecundogenita Maſculi ex Maſculis ſuperſunt, aut non ſunt. (Quid ſi vero Primogenita moriatur, relictis ſolum Filiabus atque Secundogenita eo quidem tempore Filios non habeat, poſtea tamen in lucem edat?) Si adſunt, excludere videntur Filias Filiæ primogenitæ. 4. Maſculis ex Maſculis in ſecunda quoque Linea extinctis, Fœminis autem ſuperſtitibus, ſecundum Analogiam Succeſſionis Filiarum Augg. Ioſephi atque Caroli VI. Fœminæ Lineæ ſecundæ excludunt Filias Lineæ primæ, quibus demum locus eſt, omnibus ex ſecunda Stirpe deſcendentibus vtriusque Sexus extinctis. 5. Sin vero, Maſculis ex Maſculis primæ Lineæ extinctis, nulli Mares ex Maribus ex Filia Carolina Secundogenita vitam agunt, ſuccedunt Filiæ Stirpis primæ. 6. Harum poſteritate in vtroque Sexu extincta, deuoluitur hæreditas ad Filias Secundogenitæ Carolinæ eiusdemque Poſteros cuiuscunque Sexus. 7. His itidem extinctis ſuccedendi Ius eſt Domus Electoralis *Saxo-*

nicæ a Ser. Friderico Auguſto II. deſcendentibus Maribus ex Maribus. 8. Hiſce non extantibus ſuccedunt Ser. Electoris *Bauariæ* Caroli Alberti Poſteri maſculini generis ex maribus ortum trahentes. 9. Quod ſi nulli adſint, ad Succeſſionem vocantur Maſculorum Saxonicorum Filiæ cum Poſteris. 10. Poſt eas Caroli, vtriusque *Siciliæ* Regis, ex Vxore primi Thori procreata Soboles maſcula. 11. Porro poſtgenitarum Filiarum *Saxonicarum* Deſcendentes maſculi ex maſculis. 12. Si tales non ſupereſſe contigerit, *Siciliæ* Regis Filiæ earumque Deſcendentes vtriusque Sexus. 13. Exareſcente hac quoque Linea, Filiæ reliquarum Filiarum *Saxonicarum* & qui quæue ex iis procreatæ ſunt. 14. Has exeipient Filiæ Stirpis *Bauaricæ*. Denique (cum ex Ser. Sororibus Imperatoris innuptis prolem amplius ſperare non liceat,) 15. ad *Portugalliæ* Regis Iohannis V. cum vxore Auſtriaca prognatos Liberos vtriusque Sexus eodem, quem hactenus indicauimus, modo regimen Terrarum Auſtriacæ Domus hæreditariarum peruenturum eſſet.

Plura de hac materia noſſe volentes ablegamus ad PRAESIDIS *Acta publica und verſchiedene andere Schriften, die Succeſſion in denen Oeſterreichiſchen Erb-Landen und iezt-regierender Kayſerlicher Maieſtät darüber errichtete Sanctionem pragmaticam betreffend*, Francofurti ad Mœnum, 1732. 8. cum primis vero ad Dn. ROUSSET *Interets preſens des Puiſſances de l'Europe, tom. I.* (Edit. 1733.) vbi,

vbi, præter Acta quædam publica huc ſpectantia, extant quoque: „Memoire hiſtorique des „Pactes & Transactions de Famille dans la Maiſon d'Autriche. p. 460. 2. Queſtion ſur la Garantie de la Pragmatique Sanction." p. 462. 3. Deductio Iuridica, quod in famoſa cauſſa Guarantiæ maiores Status diſſentientes non obligent. p. 466. 4. „Demonſtration ſolide, que dans les „Affaires de la Garantie la Pluralité des Voix „ſuffit pour former à la Diete un Concluſum „general de l'Empire. p. 472. 5. Remarques des „Anglois ſur la pragmatique Sanction. p. 483. „6. Reflexions d'un Cosmopolite ſur la pragmatique Sanction. p. 488. (Curioſum, ſed mordax, Scriptum, auctore, vt creditur, B. de U.) 7. „Reponſe de Sincerus Eubulus Ireneus aux Reflexions d'un Cosmopolite. p. 503. 8. Reflexions „d'un Patriote Allemand & impartial ſur la Demande de la Garantie de la pragmatique Sanction Imperiale. p. 513. (Eiusdem cum n. 6. commatis.) 9. „Examen des Reflexions d'un „Patriote Allemand impartial. p. 530. 10. Lettre „du Patriote Allemand impartial, pour repondre „à l'Auteur de l'Examen de ſes Reflexions. p. 546. Denique (G. E. FRITSCHII) Meditatio ad Imp. Caroli VI. Sanctionem pragmaticam &c. eiusque Guarantiam generalem ab Imperio - - - ſuſceptam &c. p. 557. Eadem quoque ex parte, ſuperadditis quoque aliis nonnullis, exhibet idem Dn. ROUSSET *dans le Recueil hiſtor. d'Actes, Negot. Memoir,*

Memoir. & Traitez &c. Tome VI. Proſtant quoque plura huc ſpectantia in FABRI *Europäiſchen Staats-Cantzley*, PRAESIDISque *Reichs-Fama paſſim*, nec non in Dn. DE LVDOLF *Tract. de Introduct. Iur. Primogen.* (Edit. nouiſſ.) *in Append. Faſcic. I. per tot.* &c.

§. IV.

Cuius Garantiam recepit Hiſpania,

Conſenſere inſuper atque Garantiam huius ſuccedendi Ordinis ſuſcepere An. 1725. Hiſpania, (1) minus tamen et in hoc conſtans. (2)

(1) In Pacificatione Auſtriaco-Hiſpanica Viennenſi, cuius *Art. XIII.* inter alia huius tenoris eſt: „Viciſſim Rex Hiſpaniæ tueri, & guarantigiare „quoque ſpondet eum ſuccedendi ordinem, „quem Sua Maieſtas Cæſarea ad mentem Maiorum Suorum in Sereniſſima Sua Domo ex pactis „eiusdem antiquis, in forma perpetui, indiuiſibilis ac inſeparabilis fideicommiſſi primogenitura affecti pro vniuerſis Suæ Maieſtatis vtriusque ſexus Hæredibus, & Succeſſoribus declarauit & ſtabiliuit, quique ſubinde ab Ordinibus „& Statibus vniuerſorum Regnorum, Archiducatuum, Ducatuum, Principatuum, Prouinciarum ac Ditionum, ad Sereniſſimam Domum „Auſtriacam iure hæreditario ſpectantium, communi omnium voto ſuſceptus ac grato ſubmiſſoque animo agnitus atque in vim legis ſanctio-

„nisque

„niſque pragmaticæ perpetuo valituræ in publi-
„ca monumenta relatus fuit.

(2) Neque enim prius Paci Viennæ An. 1735. Imperatorem inter atque Galliam initæ acceſſit, quam Miniſter Cæſareus in Aula Gallica degens Cæſareo nomine die 4. Aug. 1736. Declarationem ederet, inter alia hæc quoque continentem: „4. Que Sa Majeſté Imperiale conſent, que dans „les Actes de Ceſſion, qui regardent l'Eſpagne „& le Roy des deux Siciles, l'Article VI. des „Préliminaires n'y ſoit pas inſeré.„ Qui quidem Art. VI. ita ſe habet: „Sa Majeſté trés-Chrêtien„ne, en Conſideration de ce que deſſus, garan„tira dans la meilleure forme la Pragmatique „Sanction de l'Anné 1713. pour les Etats, que „l'Empereur poſſede actuellement, ou qu'il poſ„ſedera en vertu des preſens articles.

Notandum hac occaſione eſt, me, Præſidem, in priori huius Diſſertationis Editione in ea Sententia fuiſſe, ac ſi Imperatrix Ruſſiæ, Paci Cæſareo-Hiſpanicæ accedendo, etiam Garantiam ſæpe dictæ Sanctionis pragmaticæ ſuſcepiſſet; aſt penitius inſpecto *art. II.* patet, aſſumſiſſe quidem Imperatricem Ruſſiæ Garantiam poſſeſſionis omnium Regnorum & Prouinciarum Domus Auſtriacæ, non vero ordinis in Auguſta Familia ſuccedendi.

§. V.

Magna Britannia.

2. Magna Britannia Anno 1731. (1)

(1) In Tractatu Viennæ An. 1731. d. 16. Mart. concluſo *art. II.* vbi inter alia dicitur: „Sacra Regia Maieſtas Britanniæ & Celſi ac Potentes Ordines generales vnitarum fœderati Belgii Prouinciarum - - - vigore præſentis Articuli „guarantiam modo dicti ſuccedendi ordinis generalem in ſe ſuſcipiunt, ac quoties opus fuerit, „contra quoscunque præſtandam ſpondent, promittentes proinde, quo fieri poteſt, meliore ac „firmiore modo, quod omnibus viribus ſuis „tueri, manutenere, ac, vti vocant, garantigiare „velint ac debeant contra quoscunque, quoties „opus fuerit, illum ſuccedendi ordinem, quem „Sua Maieſtas Cæſarea in forma perpetui indiuiſibilis Fideicommiſſi primogenitura affecti pro „vniuerſis Suæ Maieſtatis vtriusque Sexus hæredibus Inſtrumento ſolenni die 19. Aprilis 1713. „prout huius Inſtrumenti copia ad finem Tractatus adiuncta reperitur, declarauit, ac ſtabiliuit, - - ita vt Sua Sacra Regia Britannica „Maieſtas ac Celſi & Potentes Domini Status Generales fœderati Belgii promittant, ac ſeſe obſtringant, quod Illum vel Illam, qui vel quæ „iuxta normam & ordinem hactenus recenſitum „in Regna, Prouincias ac Ditiones, quas Sua Maieſtas Cæſarea actu poſſidet, ſuccedere debent, „in iisdem manutenere, ac contra quoscunque, „qui forſan turbare hanc poſſeſſionem vllatenus „præſumerent, perpetuo tutari velint, ac teneantur. „ Notandum hic eſt, Tractatum hunc ſolum

lum

lum ſub ſpe rati ſub Belgii vniti nomine conceptum eſſe; neque enim hoc tum temporis aſſenſum eidem præbuit.

§. VI.

3. Germania Anno 1732. (1) Germania.

(1) Vi Decreti Comitialis d. d. 11. Ian. cuius paſſus principalis hic eſt: *Daß - - in Dero* (Imperatoris) *ſo gerecht- als höchſtbilliges zu des geſammten Teutſchen Reichs ſelbſt eigenen Conſervation, Heil und Beſten gereichendes Verlangen und Geſinnen der Guarantie oder Gewährung der in Ihrem Durchlauchtigſten Erz-Hauſe eingeführten und von Deroſelben unter dem 19. April des 1713ten Jahrs erklärten Erbfolgs-Ordnung in allen von Gott verliehenen dermalen beſitzenden Erb-Königreichen und Landen, auf Maaß und Weiſe des 2ten Articuls des zwiſchen Allerhöchſterwehnter Sr. Kayſerlichen Maieſtät und der Cron Engelland am 16. Martii des abgewichenen 1731. Jahrs geſchloſſenen Tractats, von Wort zu Wort alſo lautend: - - von Reichs wegen, wie hiemit beſchiehet, zu gehehlen, zu conſentiren und zu übernehmen, mithin ſo oft, als der oder diejenige, welchem oder welcher die Succeſſion nach Maaß obgedachter Erbfolgs-Ordnung gebühren würde, in dem Beſiz einiger von Ihro Kayſerl. Maieſtät dermalen innhabenden Erb-Königreichen und Landen auf einigerley Weiſe angefochten werden ſollten, der oder derſelbe gegen iedermänniglich, der etwan ſolche ohnzertrennliche*

Poſſeſſion zu ſtöhren oder zu turbiren ſich anmaſſen vvürde, zu allen Zeiten mit allen Kräften zu ſchützen, zu manuteniren, auch bedürffenden Falls zu vvürcklicher Vollziehung ſolcher Reichs-Gevväbrung das nöthige demnächſt zuverläſſig zu leiſten und zu præſtiren ſeye.

§. VII.

Belgium vnitum,

4. Mox et Belgium vnitum. (1)

(1) In ſic dicto Actu Concurrentiæ Ordinum Generalium fœderati Belgii ad Tractatum Viennenſem d. 16. Mart. 1731. in quo, mente ſuper Garantia præſtanda vtrinque clarius declarata, inter alia dicitur: „Quibus ita poſitis (Legati Cæſarei & Britannici) „cum Deputatis & Plenipotentiariis Dominorum Ord. tanquam cum Parte principali contrahente, Tractatum & Articulos ſupra ſcriptos in eundem ſubſcribendum & Sigillis ſuis confirmandum, paresque Declarationes mutuo extradendas ſuſceperunt &c.

§. VIII.

et Gallia.

5. Denique Anno 1735. et 1738. ipſa quoque Gallia. (1)

(1) Anno 1735. in Articulis præliminaribus pacificatoriis Cæſareo-Gallicis Viennenſibus *art. VI.* ibi: „Sa Majeſté Très-Chrétienne, en conſideration de ce, que deſſus, garantira dans la „meil-

„meilleure forme la pragmatique Sanction de „l'Anné 1713. pour les Etats, que l'Empereur „poſſede actuellement, ou qu'il poſſedera en ver„tu des preſens Articles.

Anno 1738. vero in Tractatu definitiuo *art. X.* qui ita ſe habet: „Refert ſe pariter ad ea, quæ „ſuperius ſtatuta ſunt, ſuſcepta, quo fieri poteſt, „meliore modo ſexto Præliminarium Articulo„rum a Sacra Regia Chriſtianiſſima Maieſtate, „quoad Status partim iam tunc a Sacra Cæſarea „Maieſtate poſſeſſos, partim ad normam eorum„dem Præliminarium Articulorum poſſidendos, „ſponſio, ſeu tuitio, vulgo Garantia, eius in Se„reniſſima Domo Auſtriaca ſuccedendi ordinis, „qui Sanctione pragmatica 19. Aprilis die An„no 1713. ~~edita vberius fuit explanatus.~~ Cum „enim perpenſum fuerit, haud diu publicam „tranquillitatem vigere & conſtare, nec ſecuram „pro conſeruando duraturo in Europa æqui„librio, rationem excogitari poſſe, niſi modo me„moratus ſuccedendi ordo contra quæcunque „futura molimina ſartus tectus conſeruetur; Sa„cra Regia Maieſtas Chriſtianiſſima, tam eo, quo „in tranquillitatem publicam tuendam & con„ſeruandum in Europa æquilibrium fertur, ſtudio „ducta, quam intuitu Pacis conditionum, in quas „Sacra Cæſarea Maieſtas hac præcipue de cauſſa „conſenſit, ſeſe ad tuendum prædictum ſuccedendi ordinem quam validiſſime obſtrinxit. Neue

Digitized by Google

„dubium vllum quoad effectum huius euictio-
„nis ſeu Garantiæ ſuboriri in poſterum queat,
„altefata Sacra Regia Chriſtianiſſima Maieſtas,
„vigore præſentis Articuli, eandem euictionem,
„vulgo Garantiam, toties, quoties opus fuerit,
„præſtandam ſpondet; promittens pro ſe ſuis-
„que Hæredibus & Succeſſoribus, quo fieri
„poteſt meliore ac firmiore modo; quod omni-
„bus viribus ſuis tueri, manutenere, ac, vti vo-
„cant, garentigiare velit ac debeat, contra quos-
„cunque, quoties opus fuerit, illum ſuccedendi
„ordinem, quem Sua Maieſtas Cæſarea in forma
„perpetui, indiuiſibilis ac inſeparabilis Fidei-
„commiſſi Primogenitura affecti pro vniuerſis
„Suæ Maieſtatis vtriusque ſexus hæredibus In-
„ſtrumento ſolemni die 19. Apr. Anno 1713. edi-
„to & in calce præſentis Tractatus adiecto de-
„clarauit ac ſtabiliuit, quique in vim Legis San-
„ctionisque pragmaticæ perpetuo valituræ in
„publica Monumenta relatus, ac a S. Rom. Im-
„perio vigore Concluſi 11. Ian. Anno 1732. ema-
„nati tuendus ſeu vulgo guarentigiandus ſuſce-
„ptus fuit. Et quemadmodum iuxta hanc ſuc-
„cedendi normam & ordinem, eum in caſum,
„vbi, annuente Summi Numinis benignitate,
„maſcula, proles a Sacra Cæſarea Maieſtate de-
„ſcendens extabit, Primogenitus Filiorum ſuorum,
„aut, hoc præmortuo, huius Primogeniti Primo-
„genitus; nulla autem de Sacra Cæſarea Maie-
„ſtate prole maſcula extante, Primogenita Filia-

„rum

„rum Suarum Sereniſſimarum, Auſtriæ Archi-
„ducum, ordine ac Iure Primogenituræ indiui-
„ſibilis nunquam non obſeruato, ſuccedere ei-
„dem debet in omnibus Regnis, Prouinciis ac
„Ditionibus, quas actu Sacra Cæſarea Maieſtas
„poſſidet, absque eo, quod vnquam ſeu fauore
„illorum aut illarum, qui vel quæ de ſecunda,
„tertia aut vlteriore Linea aut Gradu ſunt, aut
„alias quacunque demum de cauſſa, diuiſioni
„vlli, aut ſeparationi, locus ſit; hoc ipſo quoque
„ordine ac Iure Primogenituræ indiuiſibilis in
„omnibus reliquis caſibus pariter obtinente, ac
„perpetuis in omne æuum temporibus obſer-
„uando, qui vel in Linea maſculina Sacræ Suæ
„Cæſareæ Maieſtatis, ſi Diuinum Numen maſcu-
„la prole eandem bearet, vel, extincta Linea
„maſculina, in Linea eiusdem Fœminina, eueni-
„re, vel denique alias, quoties de Succeſſione in
„Regna, Prouincias ac Ditiones hæreditarias a
„Sacra Cæſarea Maieſtate actu poſſeſſas quæſtio
„enaſceretur, obtingere poſſent; ita Sacra Regia
„Chriſtianiſſima Maieſtas promittit & ſe obſtrin-
„git, quod illum vel illam, qui vel quæ, iuxta
„ordinem hactenus recenſitum, in Regna, Pro-
„uincias ac Ditiones, quas Sacra Cæſarea Maie-
„ſtas actu poſſidet, ſuccedere debet, in iisdem
„manutenere, aut contra quoscunque, qui forſan
„turbare hanc poſſeſſionem vllatenus præſume-
„rent, perpetuo tutari velit ac teneatur.

§. IX. Qui-

§. IX.

Obiectiones ſolutæ.

Quibus ita ſe habentibus non pertimeſcenda ſunt Aug. Domui Auſtriacæ ea, quæ in nonnullis Scriptis ratione Bohemiæ (1) obiecta ſunt ante aliquot demum Annos. (2)

(1) Scilicet Auctor *des Reflexions d'un Patriot Allemand &c.* ſcribit: „A l'égard de la Boheme, la „diſcution, ou l'examen n'en peut aſſûrement „pas être favorable aux vuës de l'Empereur. „A ne la regarder que comme Electorat, elle „ne peut jamais être aſſujettie à la primogenitu„re feminine, mais ſeulement maſculine, comme „tous les autres Electorats, en vertu de la Bulle „d'Or; par conſéquent au cas de mort de l'Em„pereur ſans enfans males, elle deviendroit un „fief ouvert à l'Empire & dont il ne pourroit „être diſpoſé, que du conſentement & du ſcû „de tous les membres du Corps Germanique. „Si on la conſidere comme un Roiaume, nous „retrouverons, que c'eſt un Etat, qui de tout „temps a eu le droit de s'elire des Maitres, qui „en a pluſieurs Aveux de la part des Empereurs, „entr'autres un très-autentique dans la Bulle „d'Or Chap. 7. §. 8. quoique les Auteurs, Par„tiſans de la Maiſon d'Autriche, aient eſſayé de „donner à ce chapitre un ſens oppoſé, mais „forcé; & qui a exercé ce même droit ſouvent

„contre

„contre le gré & les intentions des Princes de „la Maiſon d'Autriche, que les Siécles précedents ont vû ne parler que par priéres & re„commendations aux Etats de Boheme aſſem„blés. Il eſt vrai, que la Maiſon d'Autriche, „depuis la revolution, terminée par la malheu„reuſe affaire de Pragues, a prétendu, que les „peuples de Boheme étoient dechûs de tous pri„vileges: Mais de bonne foi peut on ſuppoſer, „qu'un evenement purement accidentel, arrivé „dans un temps, où toute l'Allemagne étoit en „combuſtion, & occaſioné même, on le peut „dire, par la conduite de ceux, qui exercoient „l'Autorité des Princes de la Maiſon d'Autriche, „ait pû abolir & effacer des droits auſſi anciens, „que le Royaume de Boheme & confirmez par „un uſage conſtant & jamais varié? Peut-on „ſuppoſer avec quelqu'aparance d'équité, que „de-là la Boheme ſoit devenuë juridiquement un „patrimoine de la Maiſon d'Autriche, & qu'à „l'extinction des Mâles de cette Maiſon les Etats „de Boheme ne doivent pas jure poſtliminii „rentrer dans la jouïſſance du privilege, qu'ils „ont de mettre ſur leur trône telle Princeſſe Au„trichienne, qu'ils jugeront à propos? Rien ne „ſeroit ſi violent, que de vouloir fixer leur choix „& rien ne ſeroit ſi illégitime, que de regarder „comme ſuffiſant un conſentement, que l'auto„rité des Empereurs arracheroit, ou auroit „arraché aux Etats de Boheme. En effet com„ment peut-on croire, que ces Etats oſaſſent

„faire la moindre reſiſtance à ce, que l'Empereur „voudra exiger d'eux ? Cependant ont ils par „aucun Acte libre, que ce ſoit, adopté la qualité „d'Etat Patrimonial de la Maiſon d'Autriche? „Ce ſeroit cependant la ſeule choſe, qui pourroit „ſuppoſer, que le fief ſeroit changé de nature & „ce n'en ſeroit pas une preuve complette & ſuffi„ſante. Il faut donc conclure, que rien n'eſt plus „contraire, que la Pragmatique à la nature reelle „& fondamentale du Royaume de Boheme.„ Eadem vrget *dans la Lettre du Patriot Allemand &c.* contra Reſponſiones Auctoris *de l'Examen des Reflexions &c.* hiſce verbis: „Vous me faites une „mauvoiſſe querelle ſur le Dilemme, que j'ai „avancé par raport à la Boheme; mais je ne „vous le reprocherai pas, car vous me traitez „trop bien d'ailleurs, & me donnez trop beau jeu, „lorsque vous avouez, que la Boheme a ſes Pri„vileges particuliers; mais quels ſont ils? Croyez„vous, qu'ils ne conſiſtent, que dans ce que l'Em„pereur Charles IV. a ſtatué? Liſez l'Hiſtoire de „Boheme & vous trouverez deux choſes prou„vées: l'une, que les Bohemiens n'ont pas tou„jours pris pour Rois, le Princes de la Famille Im„periale d'Autriche; l'autre, que quand ils l'ont „fait, ils ne ſeſont pas toujours fixés à ceux, que „les Empereurs les ſollicitoient d'élire. De bonne „foy peut on rien objecter à des monumens auſſi „authentiques, que l'Hiſtoire nous a conſervez? „La Cour de Vienne ſemble avoüer elle meme & „reconnoitre tacitement cette verité, lorsque dans „les

„les Renonciations des Archiducheſſes Joſephi„nes, qu'elle a dreſſées, elle prevoit & inſere au „nombre des objets de Renonciations les cas où „l'on voudroit faire election d'elles, ou de leurs „deſcendances. Direz-vous, que cela étoit inutile „& n'étoit qu'une ſurabondance de precaution? „Je ne croi pas, qu'on en doive juger ainſi; on „ne prevoit pas les choſes, qui ſont hors de toute „vraiſemblance, ſans exiſtence & ſans exemples „anterieurs. Je n'ai donc point eu ſi grand tort, „quand j'ay dit, qu'il n'y avoit que le Droit de „conquête à alleguer contre les Bohemiens. Il y „a même plus, c'eſt que je n'ay parlé, qu'après „les Miniſtres Imperiaux memes, dont le langage „ſur cela a été uniforme depuis l'affaire de Pra„gue. N'abandonnez donc pas les ſeules armes, „qui vous reſtent & trouvez bon, que je perſiſte „dans tout ce, que j'ai conclu ſur ce Chapitre, „dans mon premier Ecrit.„

(2) Prolixe ſatisfactum eſt his dubiis, tum ab Auctore Examinis Reflexionum, tum a Dn. FRITSCHIO. Nos paucis mentem noſtram exponemus: 1. Concedent omnes affectibus vacui, ſaltem admodum dubium eſſe Ius antiquum Statuum Regni Bohemiæ, Regem ſibi eligendi quemcunque. 2. Accedit homagium in Succeſſionem hæreditariam conceptum & iam vltra Seculum præſtitum, 3. quieta per hoc ipſum tempus poſſeſſio Bohemiæ in qualitate Regni hæreditarii, 4. agnitio Sanctionis pragmaticæ, a Statibus Regni Bohemici facta, quam vi metuue extortam eſſe ne veri

quidem ſpeciem habebit apud ingenuos; metus etiam reuerentialis negotia eiusmodi non reddit nulla. 5. Poſt conſenſum a Germanico Imperio tam ſolenniter declaratum ad dubium a qualitate Electorali deſumtum, (a Dn. FRITSCHIO, quantum nos perſpicimus, non adæquate ſolutum,) fruſtra recurretur. Quæ omnia ſi cui non ſufficiunt, is prodit, ſe nodum in Scirpo quærere atque neque Iuris, neque commodi vel Bohemiæ vel Germaniæ, vllam ſed proprii ſui & priuati vnicam rationem habere, eiusque gratia vndique conquirere & corradere, quæ auſibus nullo alio Iure ſuffulciendis fauere & fucum facere poſſent rerum imperitis, vel armorum ſumendorum ſi non iuſtam cauſſam, ſpeciem certe cauſſæ præbere. Quod denique in Renunciationibus Filiarum Ioſephinarum cautum fuit, vt ne quidem ſub Electionis ſpecie aſpirare velint ad Ditiones Auſtriacas, quousque ſupereſſent Deſcendentes ex Carolo VI. id primo Hungariæ, tanquam olim Regni indubie electitii, reſpectu appoſitum eſſe videtur; porro, ſi vel maxime ſuppoſuiſſet Aug. Imperator, eſſe caſum dabilem, vt Bohemici Regni Status aliquando in animum inducerent, ſibi vindicandi Ius electionis Regiæ, quid inde? Ergone ſequitur, eos id Iure facturos eſſe vel extra controuerſiam hoc ipſum Ius poſitum fuiſſe priſtinis temporibus? Nonne ita principium petitur?

(***)

ADDENDVM.

DANIAM quoque inſerendam eſſe numero Sponſorum Succeſſionis Auſtriacæ docet Fœdus An. 1732. d. 26. Mai. inter Romanorum Imperatorem atque Daniæ Regem ictum, cuius art. IV. in verſione Gallica in Dn. ROUSSET *Recueil hiſtorique d'Actes*, tom. VII. p. 466. extante ita ſe habet: „D'autant, que Sa Majeſté Imperiale & Catholi-„que en particulier juge, qu'il eſt très-néces-„ſaire, pour prevenir toute ſorte de trouble „en Europe, que l'ordre de Succeſſion établi „dans Sa Maiſon Archi-Ducale d'Autriche „reſte dans ſon entier & que pour plus gran-„de Sûreté elle ſoit appuyée & ſoutenuë par „des Puiſſances Etrangeres; & Sa Majeſté „le Roi de Dannemarck & de Norvegue vou-„lant faire connoître à Sa Majeſté Imperiale „& Catholique ſes ſinceres Intentions à cet „égard & qu'il eſt porté à lui donner toute

E „ſorte

Digitized by Google

„ſorte de marques d'Amitié & de bonne Volonté; à cet effet il s'engage & promet par „le préſent Article pour Lui, ſes Héritiers „& Succeſſeurs, tant Mâles, que Femelles, de „garantir la Succeſſion établie dans la Maiſon „Archi-Ducale d'Autriche & qui depuis à „été acceptée avec très-humble Reconnoiſ„ſance par tous ſes Royaumes & Païs héridi„taires, & de la maintenir invariablement „de toutes ſes Forces contre un chacun, de „maniere, que Sa Majeſté de Danemarck & „de Norvegue, ſes Héritiers & Succeſſeurs „exécuteront cette Garantie toutes les fois, „que Sa Majeſté Imperiale & Catholique, „pendant Sa Vie, ou ſes Héritiers & Succes„ſeurs après Sa Mort (que Dieu veuille en„core éloigner long-tems,) ſeront troublez „ou attaquez par qui que ſe ſoit, contre le „contenu dudit Ordre de Succeſſion du 19. „Avril 1713. dans la Succeſſion de tous & „chacun deſdits Royaumes & Etats hérédi„taires, au dedans ou au dehors de l'Em„pire, nul excepté.

BIBLIOTECA ... ROMA

Digitized by Google